



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXVI. Nihil opertum. Matth. 10.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

LXVI.

Nihil opertum. Matth. 10.

*In communi
vnius Mart.*

1. **N**ihil est opertum quod non reuelabitur, & occultum quod non scietur; quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditus predicare super tecta. Hieronymus. " Quod auditis in mysterio, apertius prædicate; quod didicistis absconditè, publicè loquimini: quod vos erudiui in paruo Iudææ loco, in toto mundo audacter dicite.) vel vt Augustinus, " Quod dico vobis cum adhuc in timore carnali estis, dicite in fiducia veritatis.) l. 4. ex Matth. c. 7.

Hieron.

August.

2. *Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Augustinus, " Ecce moritur anima, & non moritur; quid est mori ipsius! quomodo moritur caro amissa anima, sic moritur anima amisso Deo qui vita est eius.)*

Aug tr. 47.
in Ioan.

3. *Nonne duo passeret asse vaneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? vestri autem capilli capitis*

426 DOCTRINA ET MIRACULA

omnes numerati sunt: Nolite ergo timere; multus passeribus meliores estis vos. Aug. ser. 6. stinus, " Omnem curam vestram super de verbis Dominum mittite; prorsus vos ipsos totos projicite in illum; non se subducat ut cadatis ille qui & de capillis vestris securitatem dedit vobis: videte quia minima vestra non contemnit Deus, &c. quid times hominem homo in sinu Dei positus? &c.)

Aug. l. i. de
pœn. c. 2.
& 3.

4. Omnis ergo qui confitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. Aug. gust. " Cum dicitur *omnis*, nullus à remuneratione qui fuerit confessus excluditur. Non similiter, Omnis qui negaverit negabitur: Gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur iniuriam; quod est miserationis exaggerat, quod est ultionis, extenuat.)

LXVII.

Cruz tollenda. Matth. 10.

Pro Marty-
re non Pon-
tifici.

Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem

cem